Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1169
Quelle:
Copyright:

cipit: *Post hec assumpsit ihesus Petrum* &c. *Illud vero querendum est quare petrus* &c. Autorem Sermonis hujus, perinde ut Librarius, ignoro. Definit ille in commentitia quaedam *Johannis* prodigia, ut: *Mutauit in aurum silvestres frondium uirgas, atque litoris saxa in gemmas.* Similia de Ejus sepulchro.

Fol. 17. *De Innocentibus Sermo Augustini episcopi.* Incipit: *Hodie fratres karissimi natalem illorum infantium colimus* &c. Extat T. V. *append. col.* 363. ex variis consarcinatus.

Fol. 18. p. 2. *Infra octauam natiuitatis domini Sermo Eusebii presbiteri.* Incipit: *Audiuimus prophetam de natiuitate domini saluatoris sub profunda misteriorum obscuritate* &c. Est *Homilia I. Eusebii Gallicani Episcopi in Nativitate Domini. Bibl. PP. Lugd.* T. VI. p. 619.

Fol. 19. p. 2. *Infra octauam Dominica Sermo leonis.* Incipit: *Quamuis dilectissimi ineffabilis sit natiuitas domini nostri ihesu christi* &c. Est in edit. *cit.* p. 77. *Sermo* XXIV.

Fol. 21. p. 2. *Eodem die Sermo.* Incipit: *Omnibus quidem diebus dilectissimi atque temporibus* &c. Non adjecit nomen *Leonis* librarius, cujus est *Sermo* XXV. p. 79.

Fol. 23. *Alius Sermo Augustini episcopi.* Incipit: *Filius dei idemque filius hominis dominus noster* &c. Inter genuinos *Augustini* T. V. *col.* 900. *In Natali Domini* XII.

Fol. 23. p. 2. *Item alius Sermo.* Incipit: *Oportet nos fratres karissimi gaudere et exultare et in unum conuenire* &c. Sermonis hujus autorem me ignorare jam alibi fassus sum.

Fol. 24. p. 2. *Sermo Maximi episcopi.* Incipit: *Dominice Natiuitatis sacramentum quanta sit deuotione* &c. Non invenio inter Sermones *Maximi.* Ultima sunt: *ubi sine fine eum glorificemus qui pro nobis hodie cum patre* &c.

Fol. 25. *Alius Sermo.* Incipit: *De eterno dei verbo dignum aliquid dicere* &c. Finit: *ut ad eum de quo loquimur pertingamus ihesum christum* &c. Autor mihi ignotus.

Fol. eod. p. 2. *Sermo Augustini episcopi.* Incipit: *Dominus noster ihesus christus fratres karissimi qui in eternum* &c. E variis *Augustini* locis consarcinatus legitur T. V. *append. col.* 230.

Fol. 28. *Item Sermo Augustini episcopi.* Incipit: *Natiuitatem domini nostri ihesu christi secundum carnem ita evangelista apertissime demonstrans* &c. Inter Spurios T. V. *append. col.* 226.

Fol. eod. p. 2. *Sermo leonis pape.* Incipit: *Laudem domini locuturos mecum. eius domini* &c. Rescribe: *Laudem domini loquetur os meum* &c. Genuinus *Augustini* T. V. *col.* 886.

Fol. 29. p. 2. *Alius Sermo.* Incipit: *Filium dei sicuti est apud patrem equalis illi et coeternus* &c. Genuinus *Augustini* T. V. *col.* 888.

Fol. 30. p. 2. *In Octaua sermo Maximi episcopi.* Incipit: